



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Septem Illvstrivm Virorum Poemata

Cesarini, Virginio

Antverpiae, 1662

Villa Ostiensis Sacchettae Familiae. Oppidvm in Sabinis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-7990

VILLA OSTIENSIS
SACCHETTÆ FAMILIÆ.

Vrbis in antiquæ, nitidi non indiga cultus,
Villa solo, ad primum continuata mare,
Hinc Romam, aduersæ cineres Carthaginis illinc
Prospecto, & Tyrj diruta regna ducis.
Nec facies animos aufert mihi proxima tantum,
Litore ab opposito gloria quanta venit.
Fastidit si Roma, procùl miratur, & optat
Inuida delicias Punica terra meas.

OPPIDVM IN SABINIS.

Oppiduli aspectu primo si colligis, hospes,
Hic vitam duci non bene, deciperis.
Hic locus & calum felix & campus, & agros
Hosce habitant Pallas, Liber, & alma Ceres.
Hac pede piscosus nitido fugit amnis, & altis
Exagitat siluis leta Diana feras.
Hæc satis, & superant, animus ni deficit æquus:
Hunc quoque qui secum non tulit, hic reperit.